Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



N e g

diderunt in eum discipuli eius. Et
post hec descendit ihesus in capha
naum. ipse et mater eius et dis
cipuli eius et ibi manse
runt non diebus multis. Et prope
erat pascha iudeorum. et ascendit
ihesus ierosolimam. Et inuenit
in templo uendentes oues et boues
et columbas et nummularios sedentes
Et cum fecisset quasi flagellum
de funiculis omnes eiecit de templo
oues et boues. et nummulariorum
effudit es. et mensas subuertit. et
his qui columbas uendebant dixit
auferte ista hinc. et nolite facere
domum patris mei domum nego
tiationis. Recordati uero sunt dis
cipuli eius. quia scriptum est. Ze
lus domus tue comedit me. Re
spondentes ergo iudei et dixerunt
ei. Quod ergo signum ostendis
nobis quia hec facis. Respondit
ihesus et dixit eis. Soluite templum
hoc et in triduo excitabo illud. Di
xerunt ergo iudei. Quadraginta
et sex annis edificatum est tem
plum hoc. et tu in tribus diebus ex
citabis illud. Ille autem dicebat de
templo corporis sui. Cum autem
resurrexisset a mortuis recordati
sunt discipuli eius quia hoc dice
bat de corpore suo et crediderunt
scripture et sermoni quem dixit
ihesus. Cum autem esset ihesus ie
rosolimis in pascha in die festo
multi crediderunt in nomine eius
uidentes signa que faciebat. Ipse
autem ihesus non credebat semet ipsum
eis. eo quod ipse nosset omnes. et
quia ei opus non erat ut quis testi
monium perhiberet de homine. Ipse
enim sciebat quid esset in homine

III

Erat autem
homo ex phariseis nicho
demus nomine princeps
iudeorum. Hic uenit ad ihesum
nocte et dixit ei. Rabbi scimus
quia a deo uenisti magister. Nemo
potest hec signa facere que tu fa
cis nisi fuerit deus cum illo. Re
spondit ihesus et dixit ei. Amen
amen dico tibi nisi quis natus
fuerit denuo non potest uidere reg
num dei. Dicit ad eum nichode
mus. Quomodo potest homo nasci
cum sit senex. Nunquid potest homo
in uentrem matris sue iterato in
trare et renasci. Respondit ihe
sus. Amen amen dico tibi nisi qs
renatus fuerit ex aqua et spiritu
sancto non potest introire in regnum
dei. Quod natum est ex carne caro
est. et quod natum est ex spiritu
spiritus est. Non mireris qr dixi
tibi oportet uos nasci denuo. Spi
ritus ubi uult spirat. et uocem eius
audis. et nescis unde ueniat aut
quo uadat. Sic est omnis qui na
tus ex spiritu. Respondit nichode
mus et dixit ei. Quomodo possunt
hec fieri. Respondit ihesus et dixit
ei. Tu es magister in israel. et hec igno
ras. Amen amen dico tibi quia qd
scimus loquimur. et quod uidimus
testamur. et testimonium nostrum
non accipitis. Si terrena dixi uob